

LVDOVICI TVBERONIS DAL.
MATÆ ABBATIS, &c.

C O M M E N T A-
R I O R V M D E R E B V S ,
Q V A E T E M P O R I B V S E I V S I N
I L L A E V R O P Æ P A R T E , Q V A M P A N .
nonii & Turcæ eorumq; finitimi inco-
lunt, gestæ sunt,

L I B R I V N D E C I M :

S V M M A F I D E L I T A T E N E C N O N D I-
L I G E N T I A C O N S C R I P T I .

I N F I N E I N D E X R E R V M E T V E R B O R V M P R A E-
cipue memorabilium locupletissimus adiectus est.



F R A N C O F V R T I ,
Impensis Claudij Marnij, & hæredum
Ioannis Aubrij.

M. D C. III.

EPISTOLA DEDICATORIA.

listi, dum intercedendo apud auitæ Nobilitatis vi-
rum VVolfgangum Theodoricum à VVitzleben,
cuius anima iam in manu & benedictione Dei est, so-
rorium tuum vt integerissimum ita dilectissimum ef-
ficiebas, vt ad scholam VVitzlebianā, in qua per sex-
ennium integrum, tua authoritate, gratis fui enutri-
tus, mihi puero pateret aditus, memoriam deposui:
deniq; quod parentem meum p. m. in parochia Leu-
bingensi, vbi & ego in ærumnosam hanc vitam sum
natus, multos annos vt subditum, vt beneficiarium,
vt fidelem Euangelii ministrum singulari fauore præ
aliis es prosecutus. Accipe igitur submisse rogo, beni-
gnoq; vultu aspice, Vir Nobiliss. hoc subditi tui gra-
titudinis indicium, & aduersus inuidiam & male fe-
riatorum momorū calumnias defende. Hoc ipso No-
bilissimæ T. A. nomine dignissimum, posteritati gra-
tissimum & acceptatissimum officium præstabis.
Vale, Calendis Aprilis, Anno Domini ac Saluatoris
nostrī I E S V C H R I S T I, M. DCIII. Francofurti ad
Mœnum ex meo Museo.

R. T.

Obseruantib.

*M. Adelaria, Cranielius Leubingen-
sis Thuringus, Schola MænoFran-
cofurtensis Rector.*

DE



L V D O V I C I T V-
B E R O N I S D A L M A T Æ A B-
B A T I S C O M M E N T A R I O R V M
D E T E M P O R I B V S S V I S

Liber Primus.

ELICIORIBVS ingeniis ad exequendam histo-
riam materiam subiecturus, scribendique faculta-
tem præbiturus; statui amicorum hortatu, quæ tem-
poribus meis memoratu digna euenerent, in hac ma-
xime parte Europæ, quam Pannonii & Turcæ co-
rumque accolæ, ac finitimi incolunt, carptim af-
sumpta literis mandare. quamquam aliarum quoque nationum
res, vbi cunque nos locus admonuerit silentio nō prætermitteimus:
multa enim in Italia, Galliis, Hispaniisq; nostra ætate gesta sunt; quæ
si qualicunque stylo, memorię proderem, operæ premium me factu-
rum putaui; nec mpe ac si vñquam alias his temporibus vidimus, ma-
lis consiliis non modo res publicas, regnaq; commutari, sed etiam
funditus eueri. Eos autem qui forte, aut rei gestæ dum taxat co-
gnoscendæ studio hæc scripta legere voluerint (etenim vel nudarei
rum cognitione capimus) aut parata habere vnde sumere possint;
quæ vberiore stylo perscribant, rogatos esse velim, ne à me Romani
eloqui dignitatem iamdiu vna cum imperio amissam querant,
sed ad res quæ narrantur animum intendant; nec mirentur quod
suscepimus negotium, atque historiæ numeros parum absolu erim;
nam ne in patriam, quæ & græcis & latiniis literis, ac si alia Christia-
ni Orbis ciuitas exulta est, in seculum ut hoc quæstui magis quam
eruditioni aut eloquentie deditum vitium meum coniiciam, sim-
plici stylo, ac inelaborata oratione, quod nos res ipsæ duxerunt, con-
sulto fecuti sumus; neque enim his lucubrationibus humanam glo-
riam, quam electione contempsimus; quæsiui, sed ocium, ac desi-

A

diam